



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Discursus Prædicabiles, Sive Viridarium Sacrarum Concionum**

**Paoletti, Agostino**

**Coloniae, 1677**

Pars Prima. Hic diffamatus est apud illum, quasi dissipasset bona ipsius.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55660](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55660)



Et postea in fine quaestionis subiungit. *Et si*

hinc in vobis ea postea non evenirent, essent valde  
dispositi coram multitudinis. Verbo, quidquid  
fieri, & dixit, id totum egit ad honorem manu-  
tendendum.  
3. Multi fuerant, qui vitae honorem prae-  
ferrent potius vitam, quam honorem perdere re-  
solvunt. Tempore Alexandri Magni in Ma-  
cedonia sagittarius ad eum fuerat, & excellens,  
ut aequum quantumvis parvum, & procul dif-  
ferentia sagitta penetrare supulatus fuerit; & sae-  
pius experimento id probavit. Alexander ejus  
decertantem perfectam habens eum advoca-  
vit, & ut sequenti diei artem suam probaret, im-  
posuit, allegans sibi rem hanc gratam fore &  
premio rependendam; Renuit sagittarius; &  
veteris maestas mihi ignoscet, in hoc ei servitio  
non possum ad nutum ei parere, sicut & alii  
immo & magis quam ullus paratus sum; sed in  
hoc ei gratificari nequeo. Res mihi inquit Ale-  
xander minima negatur, nemo mihi refractari est  
ausus, & nullum posuit, quod promptè meis  
iussibus obediret, elige quod magis placet,  
vel obediendum, vel moriendum tibi est: ad e-  
dum finit peritiam ut mortem potius elegerit. Res sa-  
pe quae Alexandrum stupore defixit, unde cum  
hispulsetei causam interrogaret, à sagittario hoc  
respondit: sciat majestas vestra jam quin-  
decim annos, quibus in arte hac me non  
excitasti, forsitan poterit esse ut à scopis aber-  
ram, prae sententiae namque tremis pulsus, visus  
desidero, si ergo abertaveris, famam, & honorem  
quos tanta industria, & labore, tantoque tempo-  
re acquivi perdam. Tu meae vitae, ego meae sa-  
mae Domitius sum, si illam mihi auferas, haec  
mihi manebit. *Reversantem iratus Alexander oc-  
cidit; cumque jam duceretur ad mortem dixit  
sagittarius, se multis jam annis non exercuisse arti-  
fium, adeoque non visse ne erraret, id ubi delatum  
est, ad regem, dimisit illum admiratus, eo quod mortem  
potius malisset quam honore. Et fama sua indig-  
nos vidit.*

4. In scripturam sacram, aman datus fuit vates  
Iones ad Ninivitas, ut minis praedicans destru-  
tionem civitatis, quae intra 40. dies juxta pro-  
phetiam divinae iustitiae eventura erat praedi-  
casset; Surrexit Ionas, & abiit in Ninivem juxta  
verbum Domini. Mox ut portas ingreditur con-  
vulsus, & praedicee subversionem cepit: ad  
haec & cetera, & Ninive subvertetur. Effluit tem-  
pus praedictum, & vidit suum vaticinium non  
convulsus, itaque dejectus & afflictus, urbem

egreditur, & praeda desperationis factus se collo-  
cat sub umbra haderæ, ibidemque verbis, lachry-  
mis, suspiriis illam ignominiam, quae cor ejus  
transfigebat lenire studet: *afflictus est Ionus af-  
flictione magna; perinde, ac diceret, vadam, ut  
me vivum sepeliam, vultui meo stigma in illuram  
puto, inter homines honestos non amplius com-  
parere audeo; honorem & reputationem amisi,  
Ninivite me falsum Prophetam proclamabunt,  
nec meis vaticiniis ulterius fidem adhibebunt,  
ero fabula omnium, digito me notabunt, & à  
tergo me iridebunt, majorem famam jacituram  
facere non potui, nil mihi sapere est, quam haec  
vita misera, & calamitosa, Domine honorem  
me perdere fecisti, vitam ergo etiam adime,  
nam mors mihi melior quam vita erit. Res-  
titue honorem ablatum, alias semper infamis  
ero. Melius est mihi mori, quam vivere. Et pe-  
roris anima sua ut moretetur.* O Jona hono-  
ris cupide vitam honori postponis? haec etiam  
fuit causa, ut in Tarsis fugeret. Haec, sunt ver-  
ba beati Thomae Valentini, erat causa fuga, va-  
dam ad civitatem; Et praedicabo illi excidium  
juxta verbum tuum, Et una te postmodum laxi-  
mula ab hoc furore placabit, dimittens ei offensam,  
Et tu Deus misericors eris, Et ego Propheta falsus  
reparabor.

5. Claudia virgo Vestalis impudica falso pro-  
clamata est. Ipsi Dii honorem, quem malevo-  
lae linguae sustulerant resarcire voluerunt. Navis  
erat, quam nec centum homines movere pote-  
rant. Illa sola cingulo ligans proram sine diffi-  
cultate omnibus stupentibus navem traxit. Dii  
hoc facto honorem ejus restaurare voluerunt,  
nam quilibet ejus pudicitiam, & innocentiam  
colligebat. Sed quid dicemus de nostro Deo  
an non nostrum honorem defendet? an permit-  
tet nostram reputationem maculari? ne id ce-  
datis, nam honor ipsi cordi est.

6. Quod in principio mundi ob peccatum  
Adami terram diris devoverit valde miror. *Mas-  
ledicta terra in opere tuo.* Cur punitur terra inno-  
cens? Ille, qui deliquit plectatur. Ille Adamus,  
qui donis naturalibus, & supernaturalibus deco-  
ratus fuit, qui fuit dotatus tot beneficiis, tot  
praerogativis ornatus, ne unam feminam, &  
suum cor contristaret neglecto praeepto divi-  
no, minisque, & ruinis, quae in posterum ejus  
derivandae erant in vili habitis, peccavit. In  
hunc ergo, & non in terram maledictio fulmine-  
tur. An dicit Moyses Barcepha, Deus ejus famae  
curam gessit, Numquam non est execratus Deus  
rad.

Ion. c. 4.

B Thom.  
à Vill. ser.  
4. Dem. 1.  
Quadr.

Gen. 6. 3.

Moyses  
Barcepha  
PP. de pra-  
rad.



Adamum ipsum quo sua ipsi imagini honorem conseruaret.

2. Iubeat Deo; Abraham cum uxore sua Sara uenustissima muliere ex patria sua ad Aegyptum perrexit. Dum illic peruenit, Pharaoni eius aduentus fuit nunciatus, & specialiter forma Sara adeo fuit deprecata, ut nunquam uisa tam formosa in illa patria essetereur. Et sublaa est mulier in domum Pharaonis. Deus hoc agre uoluit, & flagella adhibuit. Et flagellauit Dominus Pharaonem plagis maximis, & domum eius propter Saram uxorem Abraha.

Gen. 12.

Alia uice ad terram Austraalem se contulit, & cum Sara Gerrattam, ubi aratula regis Abimelech perrexit. Hic audita speciositate huius formosae cam rapuit. Misit ergo Abimelech Rex Geruariae, & tulit eam. Regi dormienti Deus in uisione noctu comparuit, & crimen patratum morte uult castigare. Idcirco Abimelech Saram uariis munusculis donauit, & dimisit. Subintrat hic sanctus Theodoretus, & utrumque raptum ponderans, obseruat, Spiritum sanctum, dum Pharaon rapuit Saram, tantum dicere eum a Deo punitum multis plagis, nec ab eo recessit executionem suorum delictorum. Sed in alio loco non solum narratur supplicium Abimelech: Morieris propter mulierem, quam uulsi. Sed & Saram manuisse intactam, eamque ab Abimelech honoratam recessit. Imo Deus his uerbis hoc clare expressit: Ego scio, quod simplici corde feceris, & idcirco custodi uirginitatem ne peccares in me, & non dimisi, ut tangeres eam.

Gen. c. 20.

Et ipsa scriptura hoc repetit: Abimelech uero non tetigerat eam. Cur in hoc secundo raptu tanta diligentia adhibetur, ut demonstretur castitas Sarae? audiat sanctus Theodoretus: Sara uirgo erat paritura Isaac: ne igitur semen Abrahae suspectum esset, illi manifeste declarauit scriptura, quod Abimelech illam non tetigerat.

S. Theod. q. 6. in Genes.

Uti Isaac filius Sarae adultus factus, fronte erecta incedere, & nullus ei obicere possit, eum esse filium Abimelech, & non Abrahami, rotum hoc factum fuit, ne semen Abrahae suspectum esset. Si Spiritus S. non fuisset testis eam ab Abimelech non tactam, fama bona Abraham, Isaac, & Sarae in discrimen adducta fuisset.

Psal. 111. Titelm. Lorinus.

8. Verba, quae David de iusto, & seruo Dei profert audite, in memoria aeterna erit iustus. Titelmannus legit: Vir iustus in oblivionem non ueniet. Sed Lorinus melius intentionem David explicare uidetur dum ait: In fama aeterna erit iustus. Sed si in mundo non sit res durabilis, quomodo

fama iusti possit esse aeterna: Imo subdit eandem linguam quancumvis uirulentam et nocent posse: Ab auditione mala non timetis. Sic exphat Titelmannus: Neque conturbabitur a rancore malo quem admodum i. ppi. Et Bellarminus: Ab auditione mala non timetis, id est non timetis a detractionibus & reprehensionibus hominum inuicem. Sed Deus curam gerere ne perdat, & sic conseruabit in aeternum: uirum, est conclusio Bellarm. semper in hominum memoria, & uirum per memoriam gloriosam quam laudat eius ueritate omnis Ecclesia sanctorum. Neque solum erit memoria aeterna apud mortales, sed etiam in memoria eius scriptum erit in libro uita quod nunquam delebitur, & eo modo ueris, ac proprie in memoria aeterna erit apud Angelos in celo. Hic conuenit quod nunquam dissimabitur cum seruo uangelico, & de eo nunquam poterit ueritatem uerba. Hic dissimatus est, quasi dissimatus bonum. 9. Defectus proximi aperire, eumque in mare idem sunt: uollet saluator proximi delictus tegere, ne eius reputatio, & fama laedat. Hinc patet famulus non pandit malum a ministracionem serui, sed illum pallio proditorum involuit. Lauda uero Dominus uillem iniquitatem, quia prudenter fecit. Et laudat defectus aeterni perfectioneque corporis occultare non solum ars docet, & naturalis inclinatio suadet, sed & Deus a principio mundi ostendit. Creatur materiam primam, & ne eius deformitas uideretur, illam oculis nostris subtrahit. Tertium, quia erat inanis, & uacua, deformis, & incomposita, pallio tenebrarum involuit. Et tenebrae erant super faciem abyssi. Ex hoc Adam, & Eva, deformitatem nuditatis folis figus tegere didicerunt: Coniuerunt sibi folia ficus, & operuerunt sibi perizonata. Olor sub candore perizonam nigram cutim abscondit. Flores & herbarum capes, & informes radices sub effusibus tenebrae occultant. Poetae sicutem Cupidinem doctorem rofam Atrocitas, ut leuitates matris sive Veritas taceret. Alexander militem de Dario suo hoste male loquentem hoc modo compellit, & respondit dum tibi do, ut contra hostem pugnes, & non ut de eo male loquaris. Similiter Meando Ca. 14. pitantius Regis Darii militem defectus Alexander propalantem acriter obijungit. Noe polleris Cham maledixit, quia farribus nudatam patenam detexit. Sed postea Japhet, & Sem bene est precatus, quia operuerunt cuncta deprensio de suis. Ingeniosus ille pictor laudatus fuit, quia uiam aeternam Anthigonis occultauit, ne suspensioe

oculi fuit, qui erat cæcus, manifestandi  
causam haberet. Paterfamilias audita mala ad-  
manuulatione serui, ne eius famam læderet, silen-  
tium illam obvelavit, imò ut prudentem eum lau-  
daret: *Laudavit Dominus william, qui pru-  
dentior fuit.*

10. Filii Jacob, frumentum coempturi ad Æ-  
gyptum se contulerunt. Et ut illuc appulerunt,  
propterea reerectam exhiberunt, & frumentum  
imperitum, se literunt. Prorex statim illos ag-  
novit esse suos fratres. Præ læticia extra se actus  
videbatur. Non se poterat ulterius cohibere Ioseph.  
Nunc autem mandat, ut egrediantur. *Præcepit,  
ut egrediantur cuncti foras.* Nunc plorat, nunc  
la clamores, qui per totam aulam reboant,  
erumpit. *Elevisit vocem cum fletu.* Demum  
loquens ait: *Ego sum Ioseph frater vester.* An  
non ex vulcu, & loquela meagnoscitis: an non  
recedamini, quomodo in Dorchaim ad confi-  
dium Iudæ me viginti annis Ifmaelitis vea-  
didistis? *Ego sum ille, quem vendidisti in Ægyptum.*  
Et notat Abulenlis. *Ista dixit Ioseph voce  
fletiva, ne eam audire, aut intelligere possent, quia  
non erat iam in domo, qui linguam Hebraeam ab  
ipso audiverat, & didicerant.*

Sed cur hæc verba tam circumspecte, & silen-  
tiosè Ioseph protulit? ò Iosephe errore com-  
mittimus in exprobra, ut rubore suffundantur, non  
in his supplicia mitteris, solum dico ut acetè,  
de palam, ac non subvenisse iis peccatum obji-  
cant. Fama eorum atque inquit Abulenlis,  
de submissè loquens defectum eorum celavit,  
de honorem laetit. *Vocem primam, in qua de-  
notatur fraternam cognitio, voluit Ioseph omni-  
bus esse notam. Patet, quia audiverunt Ægyptii  
quomodo domus Pharaonis, ut secundam, in qua  
notatur fratrum maligna venditio, voluit esse  
Ægyptiis occultam, ne eos viros contemptibiles, &  
Ioseph iudicarent.*

11. Sanctus Evangelista Lucas, quid conti-  
gisse patrem, & filium prostratum recen-  
sit. Patentes fame coacti, necessitate com-  
pulsus domum rediit. Vestes mendicitatis sig-  
num erant, & undequaque erant laceratæ, ita ut  
membra nuda apparent. Patri se sinit, &  
quævis fames conlique illam redegit, ut ca-  
veret spiritus videtur, nihilominus pater ante-  
quam necessitat majori (sum nempe cibando)  
succurrere cogitaret, servus, ut siue mora vestem  
adferret, ejusque nuditatem tegeat, præce-  
dit. *Care proferre stalam primam, & induite il-  
lam.* Sed si inedia ipsam maxime torquebat,  
*Evadit Domiciale.*

ita ut voce languida lamentaretur dicens. *His  
fame pereor.* Cur non prius dapes, dein vestes ad-  
ferri jubet? fames non erat ei ignominiosa, sicut  
nuditas; hæc ejus honorem lædebat, huic ergo  
servando, eum revellit vult. Forsan hominem  
docere voluit honorem esse magis necessarium,  
quam panem, & prius honori, quam inedia pro-  
videndum. Sic concludit Divus Petrus Chryso-  
logus. *Ante vestiri voluit filium, quam videri, ut  
soli patri nota esset nuditas.*

12. Quod sanctus Evangelista Lucas loquens  
de Magdalena peccatrice, & voluptatibus carna-  
libus dedita, non compellet eam nomine pro-  
prio, sed nomine scæminis comitanti, mitor. *Ecce  
mulier, qua erat in civitate peccatrix.* Cur  
non nominat eam Magdalenam? difficultas  
crefcit, quod reliqui Evangelistæ, dum de illa a-  
gunt, illam vocent Mariam, vel Magdalenam ut  
plurimis locis videre est. Sanctus Lucas agit de  
illius peccatis, idè ejus nomen reticetur, ne fa-  
ma lædatur. Audite Cajetanum. *Nomen mulieris  
huius tacetur à Luca propter honorem mulieris,  
cum describitur peccatrix, quam tamen Ioannes  
duodecimo nominat Mariam, describendo eam à  
laudabile officio, quod unxit Dominum, & extersit  
pedes ejus capillis suis.*

Eandem ob causam loquens de Mattheo no-  
men ejus proprium reticet. *Vidit Publicanum no-  
mine Levi sedentem ad telonium.* Hinc subdit Ca-  
jetan. *Lucas enim sicut tacuit nomen usitatum  
Matthæi describendo ipsum publicanum, ita modo  
tacet nomen Mariae describendo eam peccatricem.*

14. Hinc sanctam politiam etiam ab ipse An-  
gelis discamus volo. Innocentius III. diversita-  
tem, qua Gabriel incarnationem verbi annun-  
tiavit Mariæ, & nativitatem Joannis Zachariæ  
observat. Dum hic propheta in templo officium  
sacerdotis peragebat, aramque incendebat, archan-  
gelus ei apparuit dicens: *Elisabeth uxor tua pariet  
tibi filium.* Idem Gabriel legationem à Deo sibi  
impolitam quoad incarnationem exprimens vir-  
gini dixit, *Ecce concipies in utero, & paries filium.*  
Magna est differentia inter utramque legatio-  
nem. In legatione facta ad Mariam fit mentio  
conceptionis Christi, sed in legatione ad Zacha-  
riam reticetur nativitas. An forsitan Joannes non  
concepit, sit edendus in lucem? id esse non  
potest; cur ergo non dicit concipies, sicut ait de  
Christo? Idem Pontifex respondet, Angelum  
spectasse famam Joannis, ideoque noluisse egere  
de ejus conceptione, quia maculata esse debe-  
bat. Non sic conceptio Christi, idè ne læderet  
honor,

S. Petrus  
Chrys. ibi.

Luc. c. 7.

Cajet. in  
c. 7. Luc.  
fol. 226.  
col. 1.

Luc. c. 5.

Cajet. ibi.

Luc. c. 9.

Ibid.

Magdalenam



Innoc. Pontificem  
S. Iohanna.

honorem, conceptionem Joannis reticuit. Non  
conceptum dicit, sed ortum Joannis, Iesus vero pra-  
ceptum dicit, ortum pariter & conceptum, quia Iohannes fuit  
conceptus in culpa, Iesus autem sine culpa concep-  
tus, uterque vero natus in gratia.

S. Matth.  
cap. 17.

14. Hanc doctrinam Evangelicam à Christo  
discere ne vos pigeat. E duodecim Apostolis  
tres tantum ad montem Thabor secum duxit.  
Assumpsit Iesus Petrum & Iacobum, & Iohannem  
fratrem eius, & duxit eos in montem excelsum  
seorsum. Sed si omnes diligebat, cur omnes hoc  
favore non afficit? Varia responsa adferunt Scri-  
ptores sacri. Respondet Iansen. Tres ad hoc dele-  
git, ut secundum legem in ore horum trium ver-  
bum hoc confirmaretur, & tres illos, quos inter duo-  
decim Apostolos primo semper loco habuit, ut qui  
ob id, quod primi, & praecipue essent inter Apostolos,  
pra aliis etiam perfectiore Christi cognitione donari  
debebant.

B Thom.  
à Villa  
conc de  
Transfig.  
Dom. fol.  
250. c. 2.

Subjungit Archiepiscopus Valentinus Quare vel om-  
nibus Apostolis, & Discipulis sicut resurrectio, hac  
gloria monstrata non est? sed in promptu est respon-  
sio: quia hoc non esset solum confirmare, sed destrue-  
re, non esset homines evadendo ad se allicere, sed rei  
evidentia convincere. Et paulo infra: Non omnes  
hac visio docet, vobis solum hac gratia donatur: at-  
tendite quae nunc vobis pandentur, nam mundo  
quandoque necessaria erunt.

Pascha.  
Ratber. in  
Bibl. vet.  
Pat. Tom.  
9 in c. 17.  
Matth.

Doctrinam Pascha. Ratber. omittit nolo. Tres  
assumuntur in monte, quia nemo potest resurrectio-  
nis videre gloriam, nisi qui integrum mysterium  
Trinitatis incorrupta fidei sinceritate servaverit.  
Nec immerito Petrus, quoniam ipse prior clarere  
regni caelorum accepit. Deinde est Iohannes, cui mater  
virgo committitur ob privilegium virginitatis. Iac-  
obus quoque, qui primus ex collegio Apostolorum  
solum sacerdotale proprio purpuratus sanguine, &  
diabolus in Christo victor ascendit.

Procul in  
cap. 7.  
Matth.

Ad propositum meum quadrat responsio  
Procul dicentis. Non omnes hac gratia dota-  
tos, ut excluderetur Judas, qui hunc favorem  
non merebatur. Ad minus solum Judam relin-  
quere, & omnes alios secum ducere poterat. Ne-  
quaquam; quia reliqui de Juda aliquid finistri  
suspicari fuissent. Magister noster non vult co-  
mitem Judam, aliquid hic latere debet, & sic  
quamvis ille hoc pendere suam famam, tamen  
illa in discrimen adducta fuisset. En Proculum:  
Cum Judas iniquus esset, hanc tremendam visio-  
nem videre, eum infra reliquit cum reliquo Apo-  
stolorum caetu, ne tanquam solo relicto hominis pro-  
deret praevitiam.

15. Apostoli pessimum semen ambitionis, de  
superbia in agro terreno cordium serentes. Fe-  
cta est contentio inter eos, quis eorum videretur  
major. Jam messum litam demoliri erant.  
Praeterea in S. Mattheo sic eos allocutum mag-  
strum legimus. Quis potius major est in regno cae-  
lorum, Christus hos defectus notat in eis ad-  
vertit, & parvulum coram eis sicut; in Iaseno  
fuit factus Martialis, qui aditus postea, & filius  
Christi initiatum à sancto Petro in Germaniam  
missus fuit praedicandi Evangelii causa. Hinc  
ad eum parvum fuisse allicere, ut dum incedere per  
infantibus aut velle paria.

Cur non potius advocat hominem adultum,  
& materum, barba canum, & prudentem, potius  
quam puerum absque iudicio, & qui inter ibidem,  
& malum discernere non potest? respondet  
idem Iansenius. Quod autem dicit, & infan-  
tibus sicut parvuli, sic est intelligendum, in qua  
les sunt parvuli per aetatem, tales nos solum per  
voluntatem.

S. Paschasius. Non ut aetatem habeant par-  
vulam, sed humilitatem, atque innocentiam, quam illi  
per aetatem annorum possident, ipsi per indisciplinam  
& virtutem habeant parvitas.

Et Haymon Episcopus Halberstadensis. Ad-  
si diceret, sicut parvulus ipse cuius vobis exemplum  
proposui, videns vulchram mulierem non concepit,  
sic non alienus de civitate appetit, Iesus non reclusus  
non aliter cogitat, aliquid loquitur, & vult non per-  
petuas tenet discordias, ut & vult non tales de-  
buerit innocentiam in mente, qualis ipse habet  
in corpore, regnorum caelorum nequaquam man-  
re potest.

Eusebius Emisenus dicit Christum de de-  
fectibus Apostolorum, veluti de invidia, odio, super-  
bia, ambitione & similibus sermone non  
luisse. Videtur hunc parvulum inquit, nisi ad hoc  
stulta dignitate, quae vestro animo pertinet, ad hoc  
huius patientiam, & humilitatem conseruimus  
& sine odio, si non invidia, sine superbia, sine ambi-  
tione, in regnum caelorum non intratis.

Hanc adhibuit hominem adultum, im-  
perfectum imperfectiones relinquit, eoque cum  
infamia Apostolorum alius propalata; ne ergo  
honor Apostolorum laederetur, vocavit par-  
vulum infantem, qui bonum à malo non discer-  
gueret, & qui alius id, quod adierat à Christo  
non revelaret. Ad vocat ut parvulum, qui vere  
qui non verat; concludit factus. Hinc & Euse-  
bius quidam Auctoritate monendi anam fuisse. Dicitur

